

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

10 De bono gloriæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

QVODLIBET. I. ART. XXI.

non peccat mortali ter. Beatus vero Benedictus statuit monachum profiteri non quidem obsernare regulam, sed q̄ profiteris promittit conuersiōnē morum suorum secundū regulam, hoc est dictu, vt secundū regulam dirigat mores suos. contra quod facit si vel ea que sunt p̄cepta in regula, transgrediatur, vel etiam contemnat regulam, secundū cam dirigere aetus suos omnino recusans, non autem omnia que in regula continentur sunt p̄cepta: quādam enim sunt monitiones sive consilia, quādam vero ordinaciones sive statuta quādam, vt quād post Completorium nemo loquatur. Huiusmodi autem statuta que in regula continēt, non habent vim p̄cepti, sicut nec p̄rālatus statuens aliquid intendit semper ad peccatum mortale obligare per p̄ceptum. Est autē p̄rālatus quasi quādam regula aiata: vnde stultum esset putare, q̄ monachus frangens silentiū post Cōpletorium peccaret mortaliter, nisi forte faceret hoc cōtra p̄ceptū p̄glati, vel ex contemptu regulæ. Abstinere at a carnibus non ponitur in regula beati Bñdi: ut p̄ceptum, sed vt statutū quodā: vnde monachus comedens carnes non ex hoc ipso peccat mortaliter, nisi in casu pp̄ inobedientiā, vel contemptū.

Ad PRIMVM ergo dicēdū, q̄ pena illa iñligit monacho cōtumaciter inobedienter carnes comedēti.

Ad SECUNDVM dicendum, q̄ comedere carnes non est contrārū monachi, nisi quād come deret ex inobedientia, vel ex contemptu. Quod vero in contrarium obiicitur, efficaciam non habet procedit n. de his que sunt secundū se mala sicut homicidium, adulterium, & huiusmodi quā sunt omnibus illicita tam sanis quā infirmis. Non autem procedit de his que sunt mala, quia prohibita, aliquid enim potest prohiberi fano, quod nō prohibetur infirmo.

QVAE STIO X.

DEINDE circa bonum gloriae querēbatur duo de corporibus gloriois.
¶ Primo, Vtrū corpus gloriōsum naturaliter possit esse cum alio corpore non gloriōso in eodē loco.
¶ Secundo, Vtrum hoc fieri possit miraculo.

ARTICVLVS XXI.

Vtrum corpus gloriōsum possit esse cum alio corpore in eodem loco.

Ar.23.4. dist.
45.0.2. ar. 2.
q.2.0.3. q. 4.
fin.

AD PRIMVM sic proceditur. Vī, q̄ corpus gloriōsum naturaliter possit esse cum alio corpore in eodem loco. Si n. prohibetur esse cum alio corpore in eodem loco, aut est propter grossitudinem sive corpulentiam, aut propter dimensiones: sed nō propter grossitudinem seu corpulentiam, quia corpus gloriōsum erit spirituale secundū Aposto. I.ad Corin. 15. Similiter nec propter dimensiones, quia cum tangentia sint quorum ultima sunt simul, necesse est quod punctum unius corporis naturalis sit simul cum punto alterius, & linea cum linea, & superficies cum superficie: pari ergo rōne, & corpus cum corpore. Non ergo prohibetur corpus gloriōsum quā naturaliter possint esse simul cum alio corpore in eodem loco.

Tex.con.82. ¶ Prat. Commentator dicit in 8.phy. q̄ partes aeris & aquae partim subintrant sensuicem propter hoc q̄ partim sunt naturae spiritualia, sed corpora gloriōsa omnino erunt spiritualia, vt iam dictū est.

Ergo totaliter poterunt subintrare alia corpora, & similiter esse cūm cis.

S E D C O N T R A. Glorificatio non tollit naturaliter esse simul cum alio corpore in eodem loco in fātu isto. ergo neque postquam erit glorificatum.

R E S P O N S U M. Dicendum, q̄ manifestum est, q̄ corpus humanum in statu illo non potest esse cum alio corpore in eodem loco. Si ergo corpus gloriōsum naturaliter possit esse cum alio corpore in eodem loco propter aliquam proprietatem indiām, illa proprietas aūferit hoc propter q̄ corpus humanum in statu isto prohibetur esse cum alio corpore in eodem loco. Est ergo considerandum quād si huīusmodi prohibens. Dicunt autem quidam hoc esse grossū, vel corpulentiam quādam que tollerat perēdēm gloriae, quam nominant subtilitatem. Sed hoc non est intelligibile, non inveniuntur quid sit huīusmodi corpulentia, vel grossitas: non n. est aliqua qualitas, quia nulla qualitas dā potest, qua quidem remota corpus potest esse cum alio corpore in eodem loco. Similiter ne potest esse forma, nec materia quā sunt partes clementia, quia tunc integrā essentia corporis humani non re maneret cum gloria, quod est hæcricium.

Et ideo dicendum est, q̄ hoc prohibens nihil aliud quād dimensiones, quibus substat materia corporalis: necesse est enim vt id quod est per se sit causa in unoquoque genere. Distinctio autem situm primo & per se conuenit quantitati dimensioni, quā definitur esse quantitas positionē habēs. Vnde & partes in subiecto ex hoc ipso distinctio nē habent solum situm, q̄ sunt subiecta dimensioni, & sicut est distinctio diuersarum partium unus corporis solum diuersas partes unius loci per dimensiones, ita propter dimensiones diuersa corpora distinguuntur secundū diuersa loca. Dno. n. corpora facit actualis diuisio materia corporalis. Duas autem partes unius corporis diuisibilitas potest, vnde & Philoso. dicit in 4. physico. q̄ haec subintrante cubo ligneo aquam, vel aerem, oportet q̄ cedat tantum de aqua, vel aere, ita quodcederent dimensiones separatae, si vacuum ponatur. Cum ergo gloria non tollat dimensiones corporis, dico quād corpus gloriōsum non potest naturaliter esse cum alio corpore in eodem loco propter aliquam proprietatem inditam.

A D P R I M U M ergo dicendum, quād sicut dī. Etum est, corpus humanum in statu illo prohibetur esse cum alio corpore in eodem loco non propter corpulentiam, aut grossitudinem quā per gloriam tollatur, (spiritualitatem enim Apostolus opponit animalitati, secundū quam corpus est animalia indigens, vt Augustinus dicit, non autem opponit grossitudini, vel corpulentia) sed impeditur propter dimensiones. Ratio vero quād in contrarium obiicitur, ponitur inter philosophicas rationes a philoso. in quarto physicorum. Puncto enim & linea, & superficie non debetur locus, sed corpori: vnde non sequitur, si termini corporum est tangentium sunt simul, quād propter hoc plura corpora possint esse in eodem loco.

A D S E C U N D U M dicendum, quād sicut dī. dem commentator exprimit, subintratio illa fit per condensationem, & dicuntur habere spiritualem virtutem propter raritatem. Est autem errorum dicere hoc modo, quād sint aer et ventus que similia, vt patet per Gregorium decimonono Moralium.

QVODLIBET. II. ART. I.

ARTICVLVS XXII.

*Verum aliquo modo corpus gloriosum possit esse simul
in eodem loco cum alio corpore.*

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, q̄ cor
pus gloriosum nullo modo possit esse simul
cum alio corpore in eodem loco. Sicut enim se ha
bet corpus vnum ad vnum locum, ita duo corpo
ra ad duo loca, ergo cōmutatim, sicut vnum cor
pus ad duo loca, ita duo corpora ad vnum locū :
sed vnum corpus nullo modo potest esse in du
bus locis, ergo nec duo corpora in uno loco.

Prat. Si duo corpora sint in uno loco, sumuntur
duo puncta in duabus extremitatibus loci, sequit
ergo quod inter ista duo puncta, erant duas lineas
rectas duorum corporum in eodem loco existen
ti, q̄ est impossibile, ergo impossibile est duo cor
pora esse in eodem loco.

SED CONTRA est, q̄ Christus intravit ad discipu
los ianuis clausis, vt hētūr Io. 20, quod esse nō po
test, nisi corpus eius simul cum corpore portatum
fuerit, & in eodem loco, potest ergo corp⁹ glorio
sum cum alio corpore esse in eodem loco.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut iam dicitum est,
duo corpora esse in eodem loco prohibetur ex di
mentionibus, quia materia corporalis ē in dimen
sione diuiditur, dimensiones autem distingunt
eā situm. Deus autem qui est omnium ē pri
ma, potest conservare effectus in esse sine causis p
ximis: vnde sicut conservat in sacramento altaris
accidentia sine subiecto, ita potest conservare di
stinctionem materiæ corporalis, & dimensionem
in ea absque diuersitate situs. Miraculose ergo si
ri potest, quod duo corpora sint in eodem loco:
vnde corpori Christi attribuitur a sanctis, quod exi
xit per claustrum virginis vterū, & quod intra
uit ianuis clausis per virtutē diuinam. Et similiiter
dico quod corpus gloriosum, quod erit configura
tum corpori claritatis Christi, poterit esse cum
alio corpore in eodem loco non pp aliquam virtu
tem creatam inditā, sed sola diuina virtute assistē
te, & hoc operante, sicut corpus Petri sua vmbra fa
nabat infirmos, sed diuina virtute assistente mira
cula faciente.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod d proportion
ne commutata sicut et utendum. Sicut se hēt primū
ad fīm, ut duo ad tria, ita se habet tertium ad quartū,
ergo commutatim, sicut se habet primū &
fīm ad quartū, ita tria ad sextū, & fīm hoc ratio
sic deberet procedere. Sicut se habet vnum corpus
ad unum locū, ita duo corpora ad duo loca, ergo
sicut vnum ad duo corpora, ita vnum locus ad duo
loca, & sic non sequitur, q̄ si vnum corpus non po
test esse in duabus locis, q̄ duo corpora non po
sint esse in uno loco. Vnum, n. corpus esse localiter
in duabus locis implicat contradictionem, quia
de ratione loci est, q̄ sit terminus locati, terminus
autem est extra quem nihil est rei, vnde nihil loca
ti potest esse in loco exteriori: quod si ponatur ef
fe in duabus locis, sequitur q̄ si sit extra suum locū,
& ita sequitur quod sit locatum & non locatum:
nec est instantia de corpore Christi, quia nō est in
sacramento altaris locatus, sed per conversionem.

AD II. dicendum, quod duas lineas rectas mathe
maticas esse intra duo puncta, est impossibile, quia
in eis nulla alia d distinctionis p̄ intel̄ligi, nisi ex
situ: sed duas lineas naturales esse intra duo puncta
est impossibile quidē q̄ naturā, sed possibile q̄ mi

raculum, quia remanet alia rō distinctionis in lineis
duab. ex diuersitate corporum subiectorum, q̄ cō
sernat virtute diuina, et remota diuersitate situs.

INCIPIT QVODLIBET
SECUNDUM.

QVÆSTIO I.

QVÆSTIVM est de Christo, de angelis, & de ho
minibus. Circa Christum qualita sunt duo
de passione eius.

Primo, Vtrum in triduo mortis fuerit idem ho
mo in numero.

Secondo, Vtrum quælibet passio Christi suscep
tisset ad redēptionē humani generis sine morte.

ARTICVLVS I.

Vtrum Christus idem in triduo fuerit homo.

AD PRIMVM sic procedebatur. Vī, q̄ Chri
stus fuit idem hō in triduo. Dicūt. n. Mārt.
12. Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus &
tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde ter
rae: fed non fuit aliis filius hominis in corde ter
rae, nisi filius hominis qui loquebatur super terrā,
C alioqui Christus fuisse duo filii, ergo fuit idem hō
mo in triduo mortis.

Prae Ionas fuit idā homo in vētre ceti, qui prius
fuerat: sed sicut Ionas fuit in vētre ceti, ita Christus fuit idē homo:

SED CONTRA. Remota forma partis, remouetur
forma totius, qua resultat ex cōpositiōne formæ
& materiae: fed in triduo mortis anima fuit separa
ta a corpore Christi, ergo deficit esse humanitas: nō
ergo fuit idem numero homo in triduo mortis.

RESPON. Dicendum, q̄ in Christo inveniuntur tres
subā vnitā, scilicet corpus, anima, & diuinitas: fed corp⁹
& anima fuerint vna non solum in unam perso
nam, sed in vna natūram. Diuinitas aut in natū
ra quidem non potuit vniiri nec anima, nec corpo
ri, quia cū sit perfectissima natura nō p̄t esse pars
alicuius naturæ: sed fuit vnitā corpori & animæ in
persona, in morte aut separata fuit anima a corpo
re, alioquin nō fuisset vera mors Christi, de cuius rō
ne est quod separaretur anima a corpore, quod per
animam viuificatur: sed diuinitas non fuit separa
ta nec ab anima, nec a corpore, q̄ patet ex symbo
lo fidei, in quo de filio Dei dī, q̄ sepultus est, & de
scendit ad inferos, corpore autem iacente in sepul
cro, & anima ad inferos descendēt, non attribue
rentur ista filio Dei, nisi hac duo essent ei copula
ta in unitate hypostasis, vel plōna: & ideo de Chri
sto in triduo mortis dupliciter loqui possumus.

Vno modo, quātum ad hypostasim, vel personā,
& sic est idem numero simpliciter qui fuit. Aut
quantum ad naturam humanam: & hoc dupli
citer, uno modo quantum ad totā naturā, que
humanitas dicitur. & sic Christus non fuit homo
in triduo mortis, unde nec idem homo, sed eadē
hypostasis. Aut quantum ad partem humanā na
turā, & sic anima quidē fuit omnino eadē num
ero, eo q̄ non est transmutata secundū substantiam,
corpus vero fuit idem numero secundū materiā,
sed non secundum formam substantialē q̄ est ani
ma: nō p̄t dici quod quātum ad hypostasim, vel personā
simpliciter fuerit idem numero, quia quātum differentia substantialis excl
dit idem simpliciter: animatum autē est diffēctia
substantialis,

4.1.4.4.5. a.
2.1.1.1. &
3.1.2.4. 1.8.1.
2.2.1.8.10.8.
3.2.6.14.4.
2.2.1.1.1.5.4.
2.2.4.4.5.3.

Ar. 77. & ca.
42. 1. & ad
9.50. art. 45.
o.

D. 40. 4